



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 198. Epistola apologetica Archiepiscopi Moguntini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Contareno Electo Patriarchæ Constanti-
nopolitano suam assererent dignitatem, in Poloniam mitterent Legatos, qui Regem & magnum Ordinis Teutonici Magistrum ad servandas biennales inducias compellerent; nullis Regis ac Reginae Neapolitanæ postulatis condescenderent, causam Mendicantium in suspenso relinquerent, & tandem Religiosos Ordinis S. Pauli Eremitas a ducentis abhinc annis scilicet MCCXV. in Hungaria stabilitos ad nullas promoverent Prælaturas.

Sæcul. XV.
A.C. 1416.

§. CXCVIII.

Epistola Apologetica Archiepiscopi Moguntini.

Lecta hac Imperatoris Epistola Patres ad alias digressi sunt causas. primis Bohemi, eo quod citati non obtemperarint, contumaces declarati. Henricus quoque Nitardus Moguntini Archiepiscopi orator exhibuit epistolam, in qua Præsul iste absentiae suæ veniam petit, decrepitam causatus ætatem, postea se a quibusdam accusationibus purgavit, testatus, se nunquam nec contra Ecclesiam Romanam, nec contra Synodum, nec contra Imperatorem quicquam molitum esse. Admisit Synodus Præsulis hujus excusationem, simulque quemdem Joannem Creit Leodiensē, Abbreviato-

Vander Hardt to. 2. p. 444. & 445.

Sæcul. XV. A.C. 1416. viatorem Apostolicum officio suo dejecit, utpote de Simonia, & literarum Apostolicarum falsificatione convictum: Accusabatur quoque, quod triginta Beneficia vendidisset, & plura eorum, quæ simul possidere jura vetant, sibi reservasset. Eadem die Elector Palatinus altero mense absens ad Synodum rediit, Comite Nellemburgico interim illius vices tanquam Concilii protectore supplente.

§. CXCIX.

Theodorici de Niem obitus, & ejus opera.

Spond. an. **S**exto die Junii Theodoricus de Niem
1416. n. 9. Paderbornæ in Westphalia natus, &
Dupin. Bibl. pluribus a tempore schismatis Pontifici-
20. 12. p. 86. bus a secretis, necnon Joannis XXIII. ad Constantiense Concilium itineris socius, e vita excessisse dicitur. Dupinus inquit, eum juxta nonnullos auctores, Episcopum Verdensensem, & postea Cameracensem fuisse, quod tamen vix verisimile est. Hujus historia *de schismate Paparum* ab obitu Gregorii XI. usque ad electionem Alexandri V. in tres distincta est libros, quibus aliud opus sub titulo: *Nemus unionis* adjecit, in qua habentur autographa occasione hujus schismatis ultro citroque scripta. Quam primum Joannes XXIII. e Concilio aufugerat,
In-